Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25944
Copyright: Admont, Benediktinerstift



308v

Item leo epc dioscoro epo alexandrino. Alexandrine eccle a romana dissentire non licet.

Cum beatissimus petrus apls ad nos accipiet principatum et romana eccla in eis permaneat institutis. nefas est credere quod scs epe discepls ipsius marcus qui alexandrinam primus ecclam gubnauit. aliis regls traditionum suarum decreta firmauit. cum sine dubio de eodem fonte gre uni spe et discepls fuit et magister. nec aliud ordinatus tradere potuit. quam quod ab ordinatore suscepit. Item GG. Professione sue fidei aure erroris romana abscidit eccla.

Si Petrus uolens percussit aurem. docuit quod aurem in spe habere non debe rent quam in ministerio non habebant. Sed bonus dns et ipsis refundit auditum secdm pphica dicta. demonstrans et ipsos si cuitant posse sanari qui in passione xpi uulnerati sunt. eo quod omne peccm in misterio fidei abluat. Tollit ergo petrus aurem. Quare Petrus? Quia ipse est qui claues accepit regni celorum. Ille enim condepnat qui et absoluit. quam ligandi et soluendi idem adeptus est potestatem. Tollit autem aurem male audientis. tollit gladio spuali aurem interiorem male intelligentis. Caueamus necui tollatur auricula dum legitur passio dni. Si ad diuinitatem eius referimus infirmitatem corporee passionis. excidit auricula. et excidit a petro. qui non passus est xpm ppham existimari. sed dei filium docuit fideli confessione signari. Item ambr. Scam eccla nec deserenda nec mutanda est.

Que dignior domus aplice predicationis ingressu quam scam eccla. aut quis preferendus magis omnibus uidetur quam xpus. qui pedes suis consueuit lauare hospitibus. et quoscumque sua receperit domo pollutis non patiatur habitare uestigiis. sed maculosos licet uite prioris. in reliquum tamen mundare dignetur processus. Hic est ergo solus quem nemo deserere debet. nemo mutare. cui bene dicitur: Domine. ad quem ibimus? Verba uite eterne habes. et nos credimus. Vides executorem celestium preceptorum. qui quam non mutauit hospitium. celestium consortium habitationis emeruit. Item Beda sup math. Nec peccis absolui nec celeste regnum ingredi potest ab unitate diuisus eccle.

Quicumque ab unitate fidei et societatis petri apli quolibet modo semetipsos segregant. tales nec uinclis peccorum absolui. nec ianuam regni celestis possunt ingredi. Item Ieron in amos ppham. Non suscipiuntur sacrificia eorum quorum fides et uita reprobatur.

S. xiiii. Q. v. Septum.

Odi et pieci festiuitates uras. et non capiam odorem cetuum uorum. Quod si obtuleritis mihi holocaustomata et munera ura non accipiam. et uota